



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 56. Caput II. De differentia Sacramenti Pœnitentiæ, & Baptismi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. „statem olim pertinaciter negantes
A.C. 1551. „magna ratione Ecclesia Catholica tan-
 „quam hæreticos explofit, atque con-
 „demnavit, quare verissimum hunc il-
 „lorum verborum Domini sensum San-
 „cta hæc Synodus probans, & reci-
 „piens, damnat eorum commentitias
 „interpretationes, qui verba illa ad
 „potestatem prædicandi verbum Dei,
 „& Christi Evangelium annuntiandi,
 „contra hujusmodi Sacramenti instit-
 „tionem falso detorquent. „ Postre-
 „mis hisce verbis Lutheri hæresis dam-
 „natur.

§. LVI.

CAPUT II.

De differentia Sacramenti Pœnitentiæ, & Baptismi.

1. Cor. c. 15. „Ceterum hoc Sacramentum multis
 „rationibus a baptismo differre cog-
 „noscitur, nam præterquam, quod ma-
 „teria & forma, quibus Sacramenti ef-
 „fectus perficitur, longissime dissideat,
 „constat certe, baptismi Ministrum judi-
 „cem esse non oportere: cum Ecclesia
 „in neminem judicium exerceat, qui
 „non prius in ipsam per baptismi ja-
 „nuam fuerit ingressus: quid enim mi-
 „hi, inquit Apostolus, de his, qui
 „foris sunt, judicare? secus est de do-
 „mesticis fidei, quos Christus Dominus
 „lava-

„lavacro baptismi, sui corporis mem-
 „bra semel effecit, nam hos, si se po-
 „stea crimine aliquo contaminaverint,
 „non jam repetito baptismo ablui, cum
 „id in Ecclesia Catholica nulla ratione
 „liceat, sed ante hoc tribunal tanquam
 „reos fisci voluit, ut per Sacerdotum
 „Sententiam non semel, sed quoties
 „ab admisis peccatis ad ipsum poeni-
 „tentes confugerint, possent liberari.
 „alius est præterea baptismi, alius pœ-
 „nitentiæ fructus: per baptismum enim
 „Christum induentes, nova prorsus in
 „illo efficimur creatura, plenam, &
 „integram peccatorum omnium remis-
 „sionem consequentes, ad quam tamen
 „novitatem, & integritatem per Sacra-
 „mentum poenitentiae sine magnis no-
 „stris fletibus, & laboribus id exigente
 „justitia, pervenire nequaquam possu-
 „mus, ut merito poenitentia laborio-
 „sus quidam baptismus a Sanctis Patri-
 „bus dictus fuerit: est autem hoc Sa-
 „cramentum poenitentiae lapsis post bap-
 „tismum ad salutem necessarium, ut
 „nondum regeneratis ipse baptismus.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1551.

Euseb. l. 3.
 hist. cap. 22.
 Greg Naz.
 orat 39.
 Joannes
 Damasc. l. 4.
 de fide c. 10.

§. LVII.

CAPUT III.

*De partibus, & fructibus hujus Sa-
cramenti.*

„Docet præterea sancta Synodus,
 G 5 „Sa-